

quod octavo die mensis aprilis anni cuiuslibet clerici dicte Maioris ecclesie teneantur facere anniversarium pro anima dicte Alfarane matris nostre in ipsa ecclesia et etiam die octavo mensis Marcii anni cuiuslibet ipse clerus personaliter accedat ad ecclesiam santi augustini de Barolo. Ibidem faciat anniversale (*sic*) pro anima dicti sire fenisii Patris nostri et teneatur ipso die quilibet sacerdos de choro predicto celebrare Missam in eadem ecclesia Santi Augustini et percipiat et habeat de proventibus domus eiusdem grana auri sex qua pecunia soluta dictis sacerdotibus *etc.* Ex hoc autem facta sunt duo consimilia instrumenta manus mei predicti Gualterii puplici Baroli notarii signo meo solito signata subscriptione Iudicis et testium roborata presens penes capitulum seu chorum pro sui cautela tenendum et alterum penes predictum Robertum et Iacobum pro eorum cautela. Quod scripsi ego predictus Gualterius qui predictis Interfui et me subscrpsi. (*C'è il segno*).

- † Robbertus de Argentera q. s. Baroli Iudex. (*segno*).
- † Nicolaus puplicus Baroli notarius testatur.
- † Iacobus de Imbidia testatur.
- † Arimagnus puplicus Baroli Notarius testatur.

N. 80.

A. D. 1297

(2 maggio, Indiz. X).

<i>Provenienza</i>	Cattedrale.
<i>Data di luogo</i>	Molfetta.
<i>Rogatario</i>	<i>Petrus not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio rettangolare: alt. 0,18, larg. 0,26.
<i>Scrittura</i>	Gotica.
<i>Contenuto</i>	I collezionisti della Regia Curia di Molfetta esigono dalla chiesa di S. Giacomo di Molfetta, dipendente dal Monastero di Monte Sacro (e per lei dal monaco <i>Ada</i> di detto monastero), tareni 50 e grana 12 d'oro per il possesso del monastero su alcuni beni della Curia.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.
<i>Osservazione</i>	Dalla indizione e dalla scrittura, credo di poter stabilire l'anno 1297, come data del presente documento.